

- Lecture : *Dans la maison* -**mercātor**

amīcus Caecilium vīstat. amīcus est mercātor. mercātor villam intrat. Clēmēns est in ātriō. Clēmēns mercātōrem salūtat. Caecilius est in tablīnō. Caecilius pecūniam numerat. Caecilius est argentārius. amīcus tablīnum intrat. Caecilius surgit.

'salvē!' Caecilius mercātōrem salūtat.

'salvē!' mercātor respondet.

Caecilius triclinium intrat. amīcus quoque intrat. amīcus in lectō recumbit. argentārius in lectō recumbit.

Grumiō in culīnā cantat. Grumiō pāvōnem coquit. coquus est laetus. Caecilius coquum audit. Caecilius nōn est laetus.

Caecilius cēnam exspectat. amīcus cēnam exspectat. Caecilius Grumiōnem vituperat.

mercātor

amīcus

vīstat

villam

salūtat

pecūniam

5

numerat

argentārius

salvē!

respondet

quoque

10

in lectō recumbit

cantat

pāvōnem

coquit

laetus

audit

nōn est

cēnam

exspectat

vituperat

in tricliniō

Grumiō triclinium intrat. Grumiō pāvōnem portat. Clēmēns triclinium intrat. Clēmēns vīnum portat. Caecilius pāvōnem gustat.

'pāvō est optimus!' Caecilius clāmat.

mercātor quoque pāvōnem gustat. mercātor cēnam laudat. dominus coquum laudat. Grumiō exit.

ancilla intrat. ancilla suāviter cantat. ancilla dominum dēlectat. ancilla mercātōrem dēlectat. mox dominus dormit. amīcus quoque dormit.

Grumiō triclinium intrat et circumspectat. coquus cibum in mēnsā videt. Grumiō cibum cōnsūmit et vīnum bibit! Caecilius Grumiōnem nōn videt. coquus in tricliniō magnificē cēnat.

coquus ancillam spectat. ancilla Grumiōnem dēlectat. Grumiō ancillam dēlectat. Grumiō est laetissimus.

portat

vīnum

gustat

optimus

laudat

dominus

ancilla

suāviter

dēlectat

mox

et

videt

cibum cōnsūmit

magnificē

cēnat

spectat

laetissimus